

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1742

**Auteur(s) :** Richard du Moulin [particulier]

**Auteur(s) :** Jeanne, femme de Richard du Moulin [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Beaumont-le-Roger, Sainte-Trinité, dépendance Le Bec (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1269, mars

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard du Moulin et Jeanne, sa femme, donnent une mesure avec ses dépendances et cinq acres de terre, en trois pièces, qu'ils tenaient des religieux, en la paroisse de Barc. Ils donnent en outre tout ce qu'ils possèdent et s'engagent à servir le prieuré tant qu'il leur sera possible, demandant en échange le vivre et le couvert, leur vie durant.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Deville Étienne, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, Paris, Champion, 1912, n° LXXXV, p. 67-68.

## Dissertation critique

Entre les 1-23 mars 1269 (n. s.) : Pâques tombe le 24 mars en 1269 (et le 8 avril en 1268).

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis et audituris. Ricardus de Molendino et Johanna, ejus uxor, salutem in Domino sempiternam. Noverit vestra universitas, quod nos, in recompensatione cujusdam liberationis, que inferius annotatur, nobis concessa a priore conventu Sancte Trinatis de Bellomonte Rogeri ad dies nostros tantum, et ne essemus dicto prioratui onerosi, dedimus et concessimus in puram, perpetuam et irrevocabilem elemosinam, donatione facta inter viros sine spe revocandi, predicto prioratui et monachis ibidem Deo servientibus et in posterum servituris, unam masuram, cum porpfitio, continentem unam virgatam terre, que quidem masura sita est in parrochia de Barco, juncta, ex una parte terre Osberti Dam, et terre Lamberti le Francheiz, ex altera ; et quinque acras terre in tribus peccis terre, quarum una continens duas acras, sita est in dicta parrochia inter campum Johanne textricis, ex una parte, et campum Johannis Despreis, ex altera. Terci autem pecia continens quinque virgatas terre, sita in parrochia sepe dicta, inter terram Osberti Dam, ex una parte, et terram Michaelis de La Foutelaie ; ex altera ; quas siquidem masuram et terras tenebamus et possidebamus apud Menillum Heluyni de prioratu predicto, tenendas, habendas et possidendas in perpetuum dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, pacifice et quiete absque ulla reclamacione nostri vel heredum nostrorum seu a nobis causam trahencium, aut venditione super hoc de cetero facienda. Dedimus eciam eidem prioratui omnia bona nostra mobilia post decessum nostrum, de quibus non licebit nobis aliter disponere vel testari. Ex altero nostrum decedente Prior, qui pro tempore fuerit, portionem mobilium decedentis, sine contradictione supervenientis, percipiet et habebit. Tenemur eciam nos

predicti Ricardus et Johanna servire eidem priori et conventui bene et fideliter in manerio quo voluerint nos ponere ad habitandum quamdiu poterimus. Quod si ad tantam impotenciam devenerimus quod servire non possimus nichilominus dictam liberationem percipiemus et habebimus. Hec est autem liberatio quam habere debemus et percipere in prioratu sepius nominato, videlicet, singulis diebus unam micam conventualem, duos panes parvos subalbos, unum potum vini conventus, vel unum galonem sicere vel cervisie, et tribus diebus septimane, qualibet die, unum fertulum carnis ; aliis quatuor diebus, sex ova ; in quadragesima vero quatuor aleccia, et quolibet mense unum busellum pisorum, et singulis annis triginta solidos Turonenses pro linis que sunt necessaria advestitum. Decedente autem altero nostrum, supervivens medietatem dicte liberationis tantum percipiet et habebit. In cujus rei testimonium et munimen nos predicti Ricardus et Johanna presentes litteras cum nostris sigillis fecimus sigillari. Actum et datum anno Domini M° CC° LX° octavo, mense Marcio.